



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Avla ... Thesavrorvm Dei In Passione D. N. Iesv Christi
Effusorum ad Resvrrectionem Mvltorum**

Eyschen, Georg von

Coloniae, 1658

§. 141. Et sedit pro tribunali. v. 13.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45556

sceleribus & culpis pari desidero: Neque enim venio in conspectum tuum cum sanguine alieno, id est pecorum, sed per proprium sanguinem meum, quem fundo in pretium & satisfactionem pro debitis deperditi hominis. Aspice quæso sancte Pater humiles preces meas, laborem, & dolorem meum, & ipsam hanc durissimam Passionem meam, propitiusque suscipe æmeritam mortem meam, pro cunctorum mortemortalium in Adam promerita. Vertatur obsecro. ira tua in clementiam, & aperi perditio homini portam cæli, quam illius ob culpam tot annorum millibus penitus occlusisti, desque per paternam misericordiam tuam locum in regno tuo sempiterno, ut per eum ruina angelorum instarentur impleaturque domus tua, & nomen sanctum tuum prædicetur ac benedicatur in omnia sæcula sæculorum, Amen.

§. 141. *Et sedit pro tribunali. v. 13.*

Postquam adductus est letus nova iniuria & maiori cum ignominia per Lictores foras è domo Pilati ad iudicium in conspectum omnium occidentium se, solitum ascendit tribunal præses quid acturus? quid pronuntiaturus? ane defensusus Christi nocentiam? an captivum liberaturus? vindictam soluturus & desolatum ab omnibus consolaturus? minime gentium, ne forte per primores Iudæorum dilatione facta periclitetur apud Cæsarem, & tuo privetur officio, contra propriam conscientiam, legem naturæ & ius gentium conabatur quidem externe argumentis quibuldam defendere, & liberare se à vitæ periculo; interne vero timore victus & ambitione, morte turpissima condemnare Christum, licet innocentem, in favorem & petitionem Principum Iudæorum. Unde licet magnam de Christo opinionem concepisset, plus tamen apud eum valuerunt sermones de Cæsare, quam illi quos prius audierat de Christo, & propter quos simulerat esse filium Dei.

Quam multi eodem modo hodie etiam gratiam hominum curant magis quam Dei; ita ut hac abiecta impietatem committere non vereantur propter gratiam hominis conservandam! Quam multi virtutem abdicant, ut hominum obtineant gratiam! Eia Domine, is quantum peccata mea causarunt mortem tuam, in tantam da mihi ea in posterum odisse, ut te ita redemem, sicuti me prior amasti, nec tuamoris in perpetuum obliviscat.

§. 142. *In loco qui dicitur lithostrotos, Hebraicè autem Sabbatbo. v. 13.*

Hic locus erat locus Iudicij, suggestum lapideo opete instructum, quod